UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Sauiniano martyre [et] Sauina virgine. Cap[itulum]. cxxxiiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

eum vnde veniſſet illuc queſiuit: illeqꝫ ſe de ſe-
baſte veniſſe reſpondit. Sequẽti ꝟo nocte cũ
de tali viſione admiratus iterum dormiret: qui
dam eum ſubito excitauit: ⁊ euigilans vidit in
oſtio celle ſtellã fulgentẽ: quã dum palpare vel
let: in aliã partẽ ſe trãſtulit: ⁊ ſic in pluribꝰ lo-
cis poſt eam iuit. Tandẽ in loco vbi erat ſanctũ
caput requieuit: vbi fodiens repperit vrnam: ⁊
in ea ſanctũ theſaurũ. Sed dũ quidã hoc non
credẽs manũ ĩ hydriã miſiſſet: ſtatim manꝰ ex-
aruit. et hydrie adheſit. Orãtibꝰ aũt ſociĩs ma
num abſtraxit: ſed inualida remãſit: cui iohan-
nes apparuit dicẽs: vt cum caput eius in eccle
ſia poneret: hydriã cõtingeret: ⁊ ſanitatẽ inte-
gram perciperet. Qð ⁊ factũ eſt. Cũ aũt marcel-
lus hec oĩa iuliano ipſius vrbis epiſcopo indi-
caſſet: caput de ſpelũca ab eis eſt eleuatũ: ⁊ in
ipſam vrbem delatũ. Et ex eadẽ die cepit in ipſa
ciuitate decollatio iohannis celebrari: qua ca-
put eiꝰ inuẽtũ eſt: ſcʒ. iiij. kal. ſeptẽbris. ¶ Ip
ſum aũt caput poſtmodũ cõſtãtinopolim trãſla
tum eſt. Nã vt in tripartita habet cũ valẽs im-
perator caput ſanctũ vehiculo impoſitũ cõſtã-
tinopolim transferri iuſſiſſet: cum circa calce-
doniã veniſſent vehiculũ nullatenus vlterius
trahi potuit: ideoqꝫ ipm ibidem dimittere coa-
cti ſunt. Sed cũ poſtmodũ theodoſius ipm in-
de auferri vellet: virginẽ quẽdam cuſtodie ca-
pitis deputatã rogauit: vt ſibi illud inde porta
re dimitteret. Illa aũt cõſenſit: credẽs ꝙ ſicut
alias ita etiã tunc non permitteret ſe auferri:
qð imperator purpura ſua opertũ ꝯſtãtinopolim
trãſtulit: ⁊ ibidẽ locato eccleſiã edificauit. In
de quoqꝫ ad gallias apud pictauiã a pipino re-
ge trãſlatũ eſt: vbi eius meritis mortui plures
ſuſcitati ſunt. Quarto ꝓpter digiti trãſlationẽ:
⁊ eccleſie dedicationẽ. Digitꝰ eñi ille: vt dr quo
dñm oſtẽdit: nunꝙ̃ cõburi potuit: qui a ꝑdictis
monachis repertus eſt: ipmqꝫ ſancta thecla in-
ter alpes tranſtulit: ⁊ in eccleſia ſancti martini
collocauit: vt in ſcholaſtica habetur. Iohãnes
beleth etiã dicit: ꝙ predicta ſancta thecla ipm
digitũ de vltra marinis partibus attulit: ⁊ in ro
maniam portauit. Ibidẽqꝫ eccleſiã in honorẽ
baptiſte fabricauit: quã eccleſiã hac die quidã
dedicatã aſſerũt: ⁊ idcirco tale feſtũ. iiij. kalen.
ſeptembris celebrare ceperũt.

¶ De ſancta Sabina martyre. Cap. cxxxiij.

Sabina martyr rome paſſa ẽ tẽ-
pore adriani im
peratoris ſub ꝑ-
fecto vrbis elpidio. Hec fuit
vxor cuiuſdã preclariſſimi va
lentini: ⁊ filia herodis metal
larij. Que a ſancta ſeraphia
virgine conuerſa eſt ad domi
num. Cuius etiam corpus ſe
peliuit ipſa ſabina: vt dicet infra in paſſione ſe
raphie. iij. noñ. ſeptembris Et poſt martyrium
eius beata ſabina ãno fere integro elemoſynis
⁊ refectionibus pauperum inſtuduit. Demum
a prefecto vrbis elpidio cõprehẽſa compelle
bat: vt xp̃m negaret: ⁊ idolis immolaret. Que
cum ſe ſoli xp̃o deo vero: ⁊ non demoniĩs ſacri-
ficaturam diceret. Iuſſu nequiſſimi prefecti de
collatur: ⁊ facultates eius omnes fiſco appli-
cantur. Cuius corpus a chriſtianis ſepultũ eſt
in oppido vendienſi ad arcum fauſtini quarto
kalen ſeptembris vbi ipſa corpus ſeraphie vir
ginis poſuerat.

¶ De ſanctis Sauiniano martyre
⁊ Sauina virgine. Cap. cxxxiiij.

Sauinianus martyr et
Sauina virgo
in ciuitate tre
chas venerant-
tur. Hi nobiliſſimi viri ſauini:
ſed gentilis filiĩ fuerunt: qui
de prima vxore ſauinianũ ge-
nuit: de ſecunda cõiuge ſaui-
nam procreauit. Sauinianus
autem legens verſum illum. Aſperges me ⁊c.
Et intelligere non valens: in cinere ⁊ cilicio ꝓ
ſtratus iacebat: dicens ſe malle mori: ꝙ̃ non in-
telligere ſenſum verbi. Cui apparuit angelus
domini: eiqꝫ dicit: ꝙ ſi baptizari vellet: niue cã
didior fieret: et tunc quod querebat intellige-
ret. Exinde igitur idola contemnens de ciuita
te aufugit: ⁊ ad vrbem trechaſinam deuenit. Et
cum ad fluuium ſequane veniſſet a presbytero
chriſtiano baptizatꝰ eſt: ⁊ voce celica cõfortatꝰ:
quia tunc quod dudum queſiuerat inueniſſet.
Statimqꝫ baculum ſuum in terra fixit: et con-
feſtim frondes: ac flores produxit. Quo viſo
miraculo. Mcviij. viri in domino crediderunt.
Audiens hec Aurelianus imperator ad ipſum
capiendum milites miſit. Qui eum orantem in
uenientes ad eum accedere timuerunt. Miſit
iterum plures prioribus: qui cum orante ora-
uerunt: ⁊ vt ſecum ad auguſtum accederet: ſo-
lis precibus impetrarunt. Qui cũ veniſſet ⁊ ſa-
crificare nollet. Imperator eũ manibus ac pedi-
bus vinctum iuſſit virgis ferreis cedi. Deinde
ſup ſcãnũ eneũ ligari: ⁊ ligna ac oleũ ſupponi:
⁊ incendio cremari. Et cũ in medio flãme ille-
ſus oraret; ⁊ hec aurelianꝰ magie attribueret:
in craſtino fecit eũ ad ſtipitem ligari: ⁊ a militi-
bus ſagittari: ſagitte ꝟo a lateribꝰ eiꝰ ĩ aere ſu
ſpendebant: ⁊ a nulla ipſarum martyr dñi lede-
batur. Et cũ imperator ad ſpectaculum iſtud ac-
cederet: vna ex ſagittis regẽ in oculo percuſſit: ⁊
penitus excecauit: vnde iratꝰ imperator iuſſit eũ
in carcere recipi: ⁊ in craſtino decollari. Saui-
nianus aũt orãs; vt ad locum vbi baptizatꝰ fue-

rat tranſferretur: cõfractis cathenis ⁊ apertis
oſtijs per mediuz militũ illuc venit. Et videns
milites ſe inſequẽtes ſuper aquã vſqꝫ ad locũ
baptiſmi ſui ambulauit. Et cũ milites tranſua
dentes cũ percutere formidarẽt: eos vt ſe feri
rent cõfortauit: ac vt de ſanguie ſuo regis ocu
lum linirẽt: ⁊ ſtatiz viſum recuperaret. Percuſ
ſus ergo caput ſuũ leuauit ⁊ paſſibꝰ. xlix. illud
portauit. De cuius ſibi delato ſanguie impera-
tor oculũ tetigit ⁊ cõfeſtim viſum recepit. Qđ
audiens quidẽ q̃ antea ꝑ annos. xl. lumẽ amiſe
rat ad locũ ſe portari fecit: ⁊ ꝓtinus lumẽ recu
perauit. Cuius corpꝰ a xp̄ianis ibidẽ ſepultũ
eſt iuxta flumẽ. ¶ Sauina autẽ cũ fratrẽ ſuum
quotidie fleret: ⁊ ꝓ eo dñs imolaret: tandẽ ſibi
in ſomnis angelus dñi apparuit: ⁊ eidem iuſſit
vt domũ ſuã relinq̄ret: ⁊ fratrẽ ſuũ honoratiſſi
me inueniret. Qui euigilãs collectaneã ſuã eã
dẽ vidiſſe viſionẽ audiuit. Latenter ergo ambe
in craſtino receſſerũt. Que romã veniẽs fidem
xp̄i ſuſcepit: ⁊ ab euſebio papa baptizata: i vgi
nitate ꝑmanſit. In vrbe quoqꝫ duos cecos illu
minauit: ⁊ duos cõtractos ſanauit: deinde poſt
annos quinqꝫ angelica admonitione cũ comite
ſua inde receſſit: ⁊ ad trechaſinã ciuitatẽ deue-
nit. Et cũ in vrbe rauẽna ad domũ cuiuſdã diui
tis quaſi ꝑegrine hoſpitiũ quererẽt: cuiꝰ filia
quaſi mortua plãgebat: pediſſequa ſe excuſare
cepit: ꝙ eas recipe nõ poterat: qꝛ ſua dñã in ex
tremis laborabat. Sauina aũt in xp̄o cõfiſa in-
trauit: ⁊ puellã per manũ apprehenſam ſanam
erexit. Cũ ergo iuxta trechas: vt ei angelꝰ dixe
rat ad miliare veniſſent: ⁊ ambe ꝑ labore q̇ſce
rẽt: virũ quendẽ noīe liceriũ nobilẽ de ciuitate
venientẽ ſauina interrogauit: vbinã fratrẽ ſuũ
ſauinianũ diu amiſſum inuenire poſſet. Qui ei
eundẽ ꝓ xp̄o paſſum fuiſſe reſpõdit: ⁊ locũ ſe-
pulture demõſtrauit. Ipa vo ante tumulũ fra-
tris ꝓſtrata orauit ad dñm: vt ſuſciperet in pa-
ce ſpm̃ eius: ⁊ cõtinuo in xp̄o obdormiuit. Ad
inſtantiã ergo p̄fati nobilis oẽs ciues ad eã cõ
currerũt: ⁊ corpus ſctẽ iuxta corpus germani
honorifice cõdiderũt: iuxta quos ⁊ poſtmodũ
predicta collectanea eius ſepulta eſt. quorũ fe-
ſtum agitur. iiij. kalen. ſeptembris.

¶ De ſanctis felice preſbytero et
Adaucto martyribus. Cap. cxxxv.

Felix preſ
byter ⁊ adauctꝰ
martyres paſſi
ſunt in vrbe ſub
diocletião ⁊ ma
ximiano impatoribꝰ p̄fecto ⁊
iudice dracoꝛ: q̇ prefectus dux
felicẽ p̄ſbyterũ teneri feciſ-
ſet: et ad deorũ ſacrificia in-
uitaſſet: illeqꝫ ſacrificare nul-
latenꝰ acq̇euiſſet: iuſſit illũ in equuleo leuari: ⁊
dudũ torqueri: deinde extra ciuitatẽ via oſtieñ.
duci: ⁊ ibidẽ gladio capite trũcari: corpꝰ quoqꝫ
eius inhumatũ lupis ⁊ canibꝰ derelinqui. Da-
ta ſentẽtia obuius fuit ei quidã xp̄ianus homi
nibus quidẽ incognitus: deo vero manifeſtus.
Hic cũ didiciſſet ꝙ beatꝰ p̄ſbyter iuſſus fuiſſet
duci: ſe ex eadẽ lege ⁊ chriſtianũ eſſe publice ꝓ
clamauit. Mox ⁊ ipſe ab officio cõprehẽſus: pa
riter dato ſibi prius pacis oſculo cũ beato feli-
ce decollatꝰ eſt. Huius nomen qꝛ chriſtiani non
nouerũt adauctũ eũ poſtmodũ appellauerũt
eo ꝙ ſctõ martyri felici auctus ſit ad coronam:
ipſiqꝫ ꝓ confeſſione corona ſit aucta: paſſi ſunt
aũt tertio kalen. ſeptembris.

¶ De ſanctis Terẽtiano ep̄o ⁊ Flacco
martyribus. Cap. cxxxvi.

Terentianꝰ
ep̄s ⁊ flaccus mar
tyres paſſi ſunt tẽ
pore adriani impa
toris apud ciuitatẽ tudertum
ſub letiano ꝓconſule tuſcie: q̇
terentianũ cõprehẽſum et ſa-
crificare nolẽtẽ: deoſqꝫ demo
nia affirmantẽ: lapidibus ore
cõtundi fecit: ⁊ cũ idola ei ob
lata cõminuiſſet: ⁊ ſacerdos idolorum in faciẽ
ſuã corruiſſet: iuſſit ꝓconſul ſanctũ in equuleo
leuari: ⁊ ſcorpionibus grauiter cedi: ignemqꝫ
ad latera eius appont. Qui cũ omnia patiẽter
toleraſſet: fecit linguã eiꝰ preſcidi ⁊ pedibꝰ cõ
culcari: ille vo dũ nihilominꝰ xp̄m diſerta voce
confiteret: ꝓconſul mutus efficit: ac ſi eius nõ
ſcti lingua preciſa fuiſſet: ⁊ annuẽs manibꝰ ꝙ
loquelam amiſerat: poſt modicũ expirauit. Lu
cius vo ſauinus eius aſſeſſores terentianũ car
ceri mãciparũt. Altera vo die cũ duceret ad fo
rũ occurrit ei flaccus idolorũ ſacerdos: q̇ cecꝰ
effectus fuerat: ſed diuina reuelatiõe monitus
erat: vt ad ſanctũ ꝓ lumine recuperãdo recur-
ſum haberet: quẽ ſanctus ad xp̄m cõuerſus ba
ptizauit ⁊ illuminauit. Ambo igit a militibꝰ tẽ
ti ſunt: ⁊ iuxta flumen ſecus murum ciuitatis
decollati. iij. kalen. ſeptembris. Quoꝝ corpora
exuperãtius preſbyter ⁊ laurẽtia in ſomnis di
uinitus admonita ſepelierũt octauo miliario a
ciuitate tuderto. in loco qui dicit petroſo.

¶ De ſctõ Firmino ep̄o. Cap. cxxxvii.

Firminꝰ epi
ſcopꝰ ãbianeñ. que
ab ãbitu fluminis
ambianũ dicit: ip-
ſius ciuitatis oriũdus: filius
fuit fauſtiani nobiliſſimi viri
qui in honorem ſancti firmi-
ni martyris filium ſuum fir-
minũ vocauit: de quo firmino

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN